Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

III

Cumq; regnasset & sedisset super so
lium eius. pavisset omnes domum
baasa. non dereliquit ex ea mingen
tem ad parietem. & propinquos & am
cos eius. Delenitq; zamri omnes
domum baasa. iuxta verbum dni quod
locutus fuerat ad baasa in manu hieu
prophete. propter universa peccata baasa. et
peccata hela filii eius. quibus peccaue
runt & peccare fecerunt israel. provocan
tes dnm dm israel in vanitatibus suis.
Reliqua autem sermonum hela. & omnia
quecumque fecit. nonne hec scripta sunt in
libro verborum dierum regum israel. Anno
vicesimo septimo asa regis regnavit
zamri. septem diebus in thersa. Porro
exercitus obsidebat gebethon. urbem
philistinorum. Cumq; audisset re
bellasse zamri. & occidisse regem.
fecit sibi regem omnis israel amri
qui erat princeps militie super israel.
in die illa in castris. Ascendit quoq;
amri. & omnis israel cum eo de ge
bethon. & obsidebant thersa. Vi
dens autem zamri quod expugnanda
esset ciuitas. ingressus est palatium. & suc
cendit se cum domo regia. & mor
tuus est in peccatis suis. quae pecca
uerat. faciens malum coram dno.
& ambulans in via ieroboam. &
in peccato eius quo fecit peccare
israel. Reliqua autem sermonum zam
ri. & insidias eius. & tyrannidis.
nonne hec scripta sunt in libro verbo
rum dierum regum israel. Tunc diuisus
est populus israel in duas partes. media
pars populi sequebatur thebni filium ge
neth. ut constituerent eum regem.
& media pars amri. Prevaluit autem
populus qui erat cum amri. populo qui
sequebatur thebni filium geneth.
Mortuus est autem thebni. & regna
uit amri. Anno tricesimo primo a
sa regis iuda. regnauit amri super
israel. xii. annis. & in thersa regnau
it annis. Emitq; montem sa

maria a somer duobus talentis ar
genti. & edificauit eum. & vocau
it nomen ciuitatis quam exstruxit
nomine somer. montem dni. ut
montem samarie. fecit autem amri
malum in aspectu dni. & operatus est ne
quiter super omnes qui fuerunt ante
eum. Ambulauitq; in omni via
ieroboam filii nabath. & in peccatis
eius quibus peccare fecerat israel. ut
irritaret dnm dm israel in vanitatibus
suis. Reliqua autem sermonum
amri. & omnia quae fecit. nonne
hec scripta sunt in libro verborum
dierum regum israel. Dormiuitq; amri
cum patribus suis. & sepultus est in
samaria. Regnauitq; achab filius
eius pro eo. Achab uero filius amri
regnauit super israel anno xxx. vii.
asa regis iuda. Et regnauit achab
filius amri super israel in samaria.
xxii duobus annis. Et fecit achab
filius amri malum in aspectu dni
super omnes qui fuerunt ante eum. nec
sufficit ei ut ambularet in peccatis
ieroboam filii nabath. Insuper duxit
uxorem iezabel filiam methaal
regis sydonorum. & abiit. & seruiuit
baal. & adorauit eum. Et posuit
aram baal in templo baal quod edi
ficauit in samaria. & plantauit
lucum. Et addidit achab in opere
suo irritans dnm deum israhel.
super omnes reges israel. qui fuerunt
ante eum. In diebus autem eius edi
ficauit ahiel de bethel iericho. In abi
ram primitiuo suo fundauit ea.
& in segmento nouissimo suo posuit
portas eius. iuxta uerbum dni quod
locutus fuerat in manu iosue filii

XVII

Et dixit helyas thesbites de habitatore
bus galaad ad achab. Viuit
dominus deus israel in cuius aspectu
sto. si erit annis istis ros. & pluuia
nisi iuxta oris mei uerba. Et factum est